Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26566
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& p multis effundet in remissionem peccatorum. Quis hoc ita ee non credit. nisi qui aut xpo non credit. aut ipsum hoc dixisse non credit. Sed de incredulis nihil ad nos.
Dixisse autem hoc xpm. testes non duo tantum aut tres in quibus stat omne uerbum. sed uiii. certissimi probatissimique existunt.
Quintus quoque non minus idoneus. Dns inquit ihs in qua nocte tradebat. accepit panem. & gras agens fregit & dixit. Accipite & manducate. hoc est corpus meum. qd pro uobis tradetur. hoc facite in mea comemorationem. Similiter & calicem postq cenauit dicens. hic calix nouum testamentum in sanguine meo. hoc facite quotiescumque bibetis in mea comemorationem. Qui enim in principio dixit. fiat lux. & facta est lux de nihilo. non potuit dicendo de pane. hoc est corpus meum. ita fieri efficere. & quia tacita iuratione aqua iuratu